



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

BB. XXVI. Japonés MM. 5. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

dinis & avaritiæ sitim positurus. Aju
corpus ejus nunquam repertum sepe
chro caruisse. Nimirum, ut castitas
Angelis, ita impuritas ne ab homine qu
dem meretur tumulari. *Ex Surio.*

*Christi exemplo vivendum est tibi, d
dicitia amator, si Sanctorum cupis habere
confortium. Ab immunditia & turpitu
dinis cogitatu pectus emunda, quoniam
nullos nisi sanctos & justos, simplices &
continentes cælestis aula suspiciet. S. Laur.
justin. Lign. Vitæ cap. 3.*

BB. XXVI. JAPONES MM.

5. Februarij.

Nullam Oriens tam nobilem, quam
Martyrum mittit purpuram. Eam
anno M. D. XCVII. sanguine suo Ja
pones tinxerunt. VI. erant supra XX.
qui Meaci auriculâ mulctati, Nangasacki
in crucem acti ac lanceis sunt confossi.
Erant inter hos sex è D. Francisci, tres è
S. Ignatii familiâ; quorum constan
tiam ex discipulis, iisque pueris disce
Tres erant Saterdotum nuper ad aram
ministri, nunc ad crucem socii, ipsi
mox futuri Sacerdotes victimæ. Ex his
LUDOVICUS annorum XI. & emit
tendus è vinculis, si fidem fecisset mis
sam, respondit nolle se stultum merca
torem agere, & momentum immortalita
tate mutare; in loco supplicii suam
sibi

5. Feb. VITÆ SANCTORUM. 89

sibi crucem monstrati voluit, ad eamque velut ad cupedias cursu contendit. Cælo denique in cruce jam propior, oculis totoque corpore gestiente, illuc videbatur evoluturus nisi vincula prohibuissent. Geminus huic ANTONIUS cantu invitavit ad mortem socios, & Davidis verba (*Laudate pueri Dominum*) melior cygnus insonuit. Idem omnium fuit ad cruces currentium certamen, eadem è crucis cathedrâ conciones, una morientium vox Iesum ac Mariam inclamantium, quæ cum à Christianis astantibus redderetur, non potuit jucundior Dei auribus Echo accidere. Victoribus URBANUS VIII. pontifex triumphum decrevit, & beatos pronuntiavit. *Ex Ioan. Hayo.*

An non meritò coronabitur, qui sic certaverit, mundum abiciens promittentem, irridens inimicum tentantem, & quod gloriosius est, de semetipso triumphans, & crucifigens concupiscentiam prurientem? S. Bernard. serm. i. de Omn. SS.

S. BERTULPHUS CONF.

5. Februarij.

DIVO BERTULPHO vitam dedit Germania, Gallia fidem sanam. Hic & juventæ omnibus ornamentis cultissimus adolescens facile in Comitis Wamberti

F 5

berti